

Ann. II.

Num. VII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, VOCIS URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES
LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud
COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM
LIBRAIRIE VIC ET AMAT
CHARLES AMAT SUCC.

Rue Cassette, II.

INSULIS (LILLE)

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
Rue de Metz, 41.

IN HUNGARIA

Apud
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

DE SINENSIM IMPERIO	Eucalyptus.
QUID INTER ARTEM TRAGICAM ANTIQUAM ET RECENTIOREM INTERSIT	D. Tamilia.
CARMEN EPICUM SAECULI XV NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUM	F. Ramorino.
DE PUERIS IN CRASTINUM INSTITUENDIS — Meditationes postumae	I. Antonelli.
SURREXIT!	F. X. Reuss.
DE VARIA MORTIS IMAGINE SAECOLORUM CURSU	T. Colamarino.
HUMANUM CAPUT A BONARROTI EFFICTUM	I. Cascioli.
IN HIERONYMUM SAVONAROLA	A. Artioli.
GEOGRAPHIAE NUPERRIME ADEPTA	L. M.
CHRISTIANORUM PASCHA ET HIEROSOLYMAE RECORDATIO	Hersilius.
ANGUIUM COLLECTORES	Laelius.
TENTATA OLIM AÉREA NAVIGATIO	H.D.V. Pieralice.
EX GALLIA — Harmoniae singulares ac disposita vita per numeros	A. Vieillot.
FRUSTULA	Forfex.
QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPONENDAE	Vox Urbis.
ANNALES	E.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	A. Morchio.

In secunda operculi pagina:

PER ORBEM (Quindenorum dierum iter) — Viator.

VARIA: O parentum charitas! — Systema metricum apud Anglos invectum — De musica et
poesi, utra praestet. Epigramma — P. d. V. — Ioci ex historiis — C.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

PER ORBEM

(QUINDENORUM DIERUM ITER)

Ranavalo, cui post multas perambulatas terras, si memorari licet, plurimam salutem in postremo huius commentarii numero diximus, beatam iam et in Algerino rure versantem demirabar, cum me a regali contemplatione huc et illuc strepitus novi novique ictus, quasi erumpentis vulcani, Galliarum aere perturbantes, abripuerunt. Massiliae in stativis castris, ad Sanctum Carolum, dum milites projectiles conficiunt, plures inopinato incensi sunt; opifici tectum commoto aere ad viginti passuum deiectum est, tresque ex militibus vulnera, quamvis haud gravissima, acceperunt. Sed Bituriges interea graviora experiebantur, globi cuiusdam ignei qui ad tormenta bellica parabatur repentina explosione commoti. Opifices quatuor globum melinite complebant; at cum forte extraneum aliquid in pulverem incidisset, illa, levissimo quamvis ictu, exarsit, globum disiecit, milites quinque vulneravit; aeris terraque concussio dissitas etiam ac longinquas domus attigit, vitra fregit, ianuas divulgit. Haec omnia ex unius globi explosione: quid, inquam, in futuro bello evenerit?

¶

Sed auribus tot ictuum strepitu attonitis non extrema haec tantum sunt quindenorum dierum mala; mox finitima Germania **novum** profert vaporitrahorum **occursus**, in itinere a Maizières ad Morhange. Sorte tamen accidit, ut earum altera nonnisi lapides et similia, ex fodina in curribus extracta, deferret; altera contra nihil; duo tamen opifices, machinarius nempe et ignis custos, mortui sunt.

¶

Dum haec in terra geruntur, insolita germanicus **aer** admiratur; globus areostaticus navi in portu Kiel adligatus, divisa exemplo fune, quasi ex arcu sagitta, in nubes aufugit; erant in navicula globo commissa centurio quidam ac optio ex classiariis: infortunii exitus adhuc ignoratur.

¶

Angliam inconsulto appropinquavimus; cave tamen ne Londinensem portum appuleris, ubi **morbus**, cui ab **influenta** nomen inditum longe lateque debacchatur, ita ut singulis hebdomadis centum et amplius interficiat, et illustrissimos viros corripuerit, lord Salisbury, Chamberlain, Goschen, Labouchère, Morley. Praesensisse haec reginam puto, quae aliquot ante diebus, Nicaeam ad Varum felici itinere petiit.

¶

Nec Iberia profecto, si publicas spectemus res, iucundiora praesefert. **Milites** ex infasto bello superstites Valentiae urbis vias catervatim percurrunt ac plurima sibi debita stipendia, nunquam soluta, magno clamore depositunt; haec dum civilis belli proxime exoritur rumor in dies crescit; quod postremum malum ab infelici republica ut procul sit, ominamur ex animo. Madridum interdum leviora conturbabant, **aurigorum** nempe **desertiones**, qui assignato sua operae pretio parum contentos se esse conclamabant. Sed tamen neminem ex iis sortitum esse puto, quod Ilerdae **sors** fabro cuidam minata est. Eius enim praeognans uxor infantem plena valetudine praeditum parentis, cognatorum proximorumque omnium summo gaudio edidit:

at media ex parte nondum diffluxerat hora, cum repente novis doloribus torqueri coepit, ac statim binas infantulas prodidit. Neque satis: diem enim omnem, noctem, diem crastinum inter dolores penè continuos traducit mulier, tandemque sub vesperam quartum, quintum, sextum, mehercule!, septimum filium parit, optima forma omnes, at omnes iam vita functos. Puerpera quae exercitum generat, optime valere dicitur: res bene ei vertat!

¶

Tristia redeunt: humanarum enim rerum est ut fausta infausa longe superentur. Apud Syracusas ex *Bruiser* faculatoria anglica navi, Hyacintho ab insula profecta, ducem quemdam ac ex classiariis septem fluctus immanis diripuit ac eito obruit, nec ex ipsa, electricae vis adhibito lumine per noctis densissimas tenebras, aliquem ex naufragis conspici potuit: itaque post inutiles ac per totam noctem frustra perductos conatus, mane tandem facto, navis vexillo ad medium hastam demisso, Syracusas appulit.

¶

Inter **incendia** per orbem omnem, illud in urbe Neo-Eboraco excitatum insonuit, quo hospitalium *Windsor* brevi est consumptum, cuius supputant damnum ad decies centena millia dollars; mortuos quadraginta; vulneratos quinquaginta enumerant. At ibidem ridiculum aliud huiusmodi evenit, quo tandem hodierno itineri finem faciam.

Cauponam in *Bleeker street* ignis aggreditur; milites ex vigilum cohorte statim concurrunt; at aquam in fistulis concretam nullimode eiaculari licet: quid inde? equidem, caveam statim milites ingrediuntur, dolia proferunt, ac vinum undique in flammas proficiunt, quoque ignis extinctus est. Qui cauponam exercebat utrum eam omnem adustam, an vinum effusum videre maluisse, adhuc ambiguitur.

VIATOR.

VARIA

O parentum charitas!

Nicephorus Nasturtium puellum, unicum suum, quodam die rusticatum ad vineam deduxerat.

Ilic coloni filii, gestientes laetitia ex adventu dominuli sui tam bene compti ac tam amabiliter arridentis, comportare flores, donare aviculas ad solemnum diem servatas, persica et armeniaca mala, et ficus, et quidquid optimi penes haberent offerre puello, circumstare iucundi.

Aderat asinus, quo ad campestria utebantur. Nulla mora. Clitellas docili iumento, vestes et sacculos clitellis, vestibus et sacculis Nasturtium imponunt, et vocantes, ut pueris mos, et exsultantes exultantem Nasturtium, quasi triumphali pompa, ad Nicephorum adducunt, qui una cum colono campum et vineam invisebat.

Circumeuntes, circumferentes, absument in gaudio felicissimum diem, quo vesperascente Nicephorus filiolum in urbem reduxit.

Alte insederat haerebatque animo puerili illa laetitia, et omnes sermones eius cum matre et cum domesticis illa redundabant.

Hinc perpetua pueri circa patrem interrogatio: « Quandonam, tata mi, rursus in vineam? »

In procaenaculum secedunt dum caena paratur; Nicephorus assidue percontanti puello, ut solaretur: « Catelle mi », respondit, « vel nunc, si placeat, ire poterimus; ascende ». Tenuitque

super genua paterna filium, et, motu salientis asini simulato, ita faciebat, ut equitare prorsus laetabundo filio videretur.

Ad caenam geminos vocatura mater ingreditur, nec sine intimo materni pectoris gaudio maritum carissimo blandientem intuens: « Atqui habes te bene sic, o suaviolum et verculum nostrum; sed satis nunc esto, ut veniatis ambo caenatum ».

At puellas: « O mamma, inquit, sine me adhuc equitare, nam pater meus ab illo coloni asino nihil differt ».

O parentum charitas! Comparanti filio ambo arriserunt.

*

Systema metricum apud Anglos inventum.

Nuper Norvegia ferreos apparatus pluribus pontibus ergundis anglicis officinis iussit; scandinavi tamen architecti quum exemplaria typorumque figuræ opificibus et opificiis tradiderunt metrika methodo et ratione, metricaque mensura usi tamquam basi sunt.

At opifices anglì metricam respuebant methodum, namque haec non mediocriter assuetam diversis metiendi modis mentem turbabat; ita igitur una cum methodo opus et lucrum, quae duo ad alias gentes delata sunt.

Post haec negotiores, et possessores et redemptores officinarum rempublicam rogarunt de lege qua systema metricum-decimale illico et in scholis traderetur, et in legitimis dimetiendi modis unus haberetur, ne Anglia dum propriis uti vult tantum, alienigeno privetur proventu.

*

De musica et poesi, utra praestet.

EPIGRAMMA

*Carmina dicentem audivit Philemela poetam,
Atque ait: Haud nostris cantibus aequus eris.
At vates contra: Cur me temeraria temnis?
Auribus ipsa hominum, mentibus ipse cano.
Num corpus praefers an'mo? Iam despice utrumque.
Sunt tua grata homini, sunt mea grata Diis.
Delectus tantum; nihil ultra; ego carmine possum
Saepe viros, semper conciliare Deos.*

P. d. V.

*

Ioci ex historiis.

Rabelais, inter Galliae litteratos celeberrimus, cum olim Lugduni esset et Lutetiam remeare, pecunia deficiente, nequiret, hanc instruxit falaciam: pulverem e latere sculpturit, duobus chartaceis foliis involvit, quorum alteri *Venenum in Regem*, alteri *Venenum in Delphinum* inscribit; deinde, relictis super mensula plicis, deambulatum egreditur.

Itaque, illo absente, capo cubiculum eius subit, plicos adspicit, vixque inscriptiones perlegit, cum nulla interposita mora ad magistratus currit, omniaque refert.

Reni statim ad regis administratos communicatum rescriptum brevi sequutum est, ut veneficus ille eruditus publico aere Lutetiam transduceretur: quod erat in votis. Rabelais enim, cum illus pervenisset, nomen atque statum pandit; pulvis sedulo examinatus innocuus repertus est, et pseudoveneficus in libertatem restitutus, plaudentibus civibus, quod tanta calliditate optata fuisset consecutus.

C.

In It
Lib. I

V AE soli,
se! Ho
perio perbell
huius vastiss
sima antiquit
finitimorum
facilis ad eu
montium alt
Sinam subl
caelique temp
Inventa plura
quoque excoll
vix ulla in pa
a nostro pro
Ignorantiae su
stant, alienige
pelluntur, sae
menta sectant
diis illatam reti
omnino ignoran
per cognitione
bus in scriben
agnoscit doctu
rarum nec sci
maioribus trad
ingenium sugg

Nec semel
que regiminis
enim, ducibus
ribili clade eos
nec murus ab
ductus, quos
prudentia ad r
rium dum bell

Verum eius
pore in bello c
gesto.

Corea finiti
pulus primas s
commercio iam
Commota hic e
copiae, quae tu
runt Iaponense
quidem apparui
cet multitudine
pertisque ducib
Sinensium clas

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE SINENSIO IMPERIO

VAE soli, quia si cedit non habet sublevantem se! Hoc effatum praesenti Sinensio imperio perbelle congruere videtur. Populus enim huius vastissimae regionis tam arce a remotissima antiquitate inter se coaluit, ut quamlibet finitimarum respuerit societatem. Ceterum non facilis ad eum accessus propter deserta loca, montium altitudines procellosaque freta, quae Sinam subluunt. Adiutus insuper soli feracitate caelique temperie in miram multitudinem crevit. Inventa plura et utilia; gens industria artes quoque excoluit, sed haec omnia orta inter eos vix ulla in parte perfectionem attigerunt atque a nostro progressu quam longissime absunt. Ignorantiae superbia par: originem divinam affe-ctant, alienigenae contemptui sunt ab iisque re-pelluntur, saepe etiam; sunt enim crudelissimi, tormentis excruciantur. Primores Confucii com-menta sectantur, plebs Buddae doctrinam ab Indiis illatam retinet. Ceterarum nationum disciplinas omnino ignorant; ad reipublicae munia accedunt per cognitionem signorum *ideographicorum*, qui-bus in scribendo utuntur pro litteris: qui plura agnoscit doctus habetur. Hinc nullum nec litterarum nec scientiae utile praesidium; quae a maioribus tradita, quaeque aut casus offert, aut ingenium suggerit, ea rebus gerendis norma.

*

Nec semel Sinensibus id solitudinis incerti-que regiminis gravissima damna peperit. Tartari enim, ducibus Genghiskan et Timur Leng, horribili clade eos affecerunt. Nec numerus texit, nec murus ab iis continenter ad septentrionem ductus, quos nulla disciplina artisve militaris prudentia ad resistendum instruxit. Stetit imperium dum bello non lacescitum.

*

Verum eius infirmitas patuit extremo tem-pore in bello contra Iaponiam anno MDCCXCIV gesto.

Corea finitimum regnum, ubi uterque po-pulus primas sive in publicis negotiis sive in commercio iamdiu contendebat causam obtulit. Commota hic enim seditione, iussae a Sinensibus copiae, quae tumultum compescerent. Obstite-runt Iaponenses; inde ad arma ventum est. Hic quidem apparuit quanto collectius exercitus, li-cket multitudine praevalens, militari disciplina ex-pertisque ducibus optime instructo inferior sit. Sinensium classis deleta, fusae copiae, victores

usque Pechinum processere, retenti Europae na-tionum interventu bellum in praesentia com-posuere.

*

Post id bellum tum praecipue innotuit inte-stina non minus quam externa fatiscentis impe-rii vitalium virium defectio. Non moderatorum prudentia, non in discriminé consilium: hic illic plebs tumultuari, nova exoptare, alienigenas praesertim christiana doctrinæ assecelas caedere, regia domus discordiis agitari, nullus exercitus aut dux, quibus considerent. Vasta moles, quae ut nutans conspecta est et in ruinam prona, cupidinem aliarum stimulavit nationum suam sibi partem ex ea quaerentium.

Russia, Gallia, Germania et Anglia diversis locis, proximis tamen alluenti oceano, insede-runt. Accessit nuper Italia sibi optans sinum, cui nomen San-mun, in aprica regione, quae ad orientem vergit contra Iaponiam, in provincia Che-kiang. Haud dubium quin et ipsa quod petit sit assecatura, praesertim Anglorum auxilio, quorum valde interest Italiam, multis de causis sibi devinctam, inter aliarum nationum posses-siones sociam adiungere.

*

Verum haec omnia mihi consideranti ac ve-tustissimi imperii vicem animo reputanti prover-bium illud in mentem recurrit: nisi ursus intereat, de venditione pellis illius agi non posse. Multa quidem docent huius imperii dissolutionem; at-tamen haud negem quaedam posse inopinato erumpere quae labanti commode opitulentur.

Stabilitne diu concordia inter nationes in huius imperii divisionem intentas? Expedite Iaponiae propiores Gallos, Germanos et Anglos habere, quam Sinenses? Quid, si inter cupiditas nationes bellum exoriatur? Quid, si infinitam Sinensium multitudinem salus patriae coniungat et ducem inveniat? Hisce aliisque de causis magno mihi periculo hae novae Europæ pos-sessions obnoxiae videntur.

*

Ceterum Sinensium imperium non sine Dei providentia in media Asia constitutum et tot iam saecula conservatum mihi videtur, nec reor sine magna rerum perturbatione casurum. Aetas nostra nihil inausum aut intentatum reli-quit, sed nolim, dum semper maiora aucupatur, in maxima pericula atque in extrema pene di-scrimina incidat.

EUCALYPTUS.

QUID INTER ARTEM TRAGICAM ANTIQUAM
ET RECENTIOREM INTERSIT

Q uae et quanta discrepancia sit inter tragicam artem antiquam et recentiorem facile intellegemus, si Sophoclem et Shaksperium reslexerimus; ii enim veluti antistites artis tragicæ, ille apud veteres, hic apud recentiores, habentur. Quam rem nos, ratione huius ephemeredis naturae habita, bre-viter strictimque prosequemur; qui vero absolutam quaestionem desiderant, ad uberrimam illam et ornatissimam dissertationem a L. Horton-Smith exaratam, quae inscribitur *Ars tragicæ Sophoclea cum Shaksperiana comparata* (Cambridge, Macmillan and Bowes, 1896), delegamus; ab ea multa sumpsimus, pene ipsa verba.

Inter artem igitur tragicam antiquam et recentiorem hoc maxime interest, quod haec non solum hominum facta, sed etiam intimos et vehementes sensus et mores effingit; suavis et varia est et hominibus et temporibus maxime accommodata; ars autem tragicæ antiquæ, uti ab Aristotele est definita (*Poet. p. 1450 A*), est imitatio non hominum, sed actionis (*μίμησις οὐκ ἀνθρώπων ἀλλὰ πράξεως*); quare aliena fere videtur ab hominibus et ab eorum curis. Cuius rei causæ multæ inveniuntur, quae *forma* et *natura* dissimili utriusque artis continentur. Atque primum de theatris et de actoribus dicamus. Immensa erant Graecorum theatra, quo spectatores sub divo conveniebant; actores vero, quorum numerum perexiguum esse nemo ignorat, personis et cothurnis ornatí ita in scena eminebant et eo ordine eaque dispositione suam quisque partem agebat, ut non homines, sed potius *viventes statuae* viderentur.

Contra si recentiorum theatra exigua sunt, sine choro, sine orchestra, actores et plurimi in scenam loquentes induci possunt et soluti personæ et co-thurni impedimento, modo oculorum motu, modo corporis gestibus animi tempestates facile demon-strant.

Quod si ad originem transeamus, Graecorum tragediam a religione, vel potius a Dionysi cultu ortam eiusque sacris semper consociatam esse vi-demus. Apud Sophoclem vero, quamquam homines maxime excellunt, Dii tamen non minimas partes agunt; summum iustitiae officium lovi quidem tribuitur, sed fatum adhuc adparet ex eius tragediis. In quibus mortui non omnes, ut ita dicam, moriuntur; sed spes animorum immortalitatis ita lan-guide effulget, ut nulla fere esse videatur. Etiam apud Anglos, uti apud Italos, tragedia a divinis ritibus orta est, cum initio Christi vitam et mortem imitaretur; sed celeriter religioso illo involucro (sit venia verbo) discusso, sensus et facta hominum ex-primens ad summum per Shaksperium fastigium evecta est. Apud hunc « fatum ne regnet, an summa praeditus iustitia Deus » perdifficilis est quaestio; nihil enim certi affirmari, nihil negari potest; hoc tamen omnes concedunt et assentientur, Sophoclis

tragoediam omnem hominum vitam mala mixta bonis continentem exprimere atque effingere.

Chorus autem in antiqua tragœdia nullo modo deesse poterat; quin etiam initio primas partes agebat, ut in Aeschyli *Supplicibus* videmus; deinde circumscriptus et ad secundas partes detrusus modo uti actor animo demissos excitat, ardore aut ira effrenatos mitigat, virtutem laudat, vitium reprehendit; modo uti spectator quid de rebus actis sentiat exprimit; utrisque partibus favet, ita tamen, ut quas potius sequatur vix intellegi possit. Itaque huiusmodi chorus, qualem quidem habet Sophocles, apud Shaksperium nullus est.

Quod autem ad tres, quae dicuntur, *unitates actionis*, loci et temporis pertinet, magna inter Sophoclem et Shaksperium est discrepantia. Hic enim

in medias res

Non secus ac notas auditorem rapit

(Hor. *Epist. II, 3, 148*); ac quamquam in rerum varietate actionem tuerit, tamen dimidium vitae hominis, uti est in *Macbetho* fabula, mutato scena appareatu et magno temporis posito intervallo, ante oculos ponit; Sophocles autem « discrimen vitae supremum » tantum peragit et quae ad originem et ad progressum fabulae declarandum valeant, per chorūm aut per nuntios profert. Res potius narratur, non agitur. Chorus autem a principio fere usque ad tragœdiae finem in scena permanet. Quorsum hoc spectat? Ad *temporis unitatem*. Nam chorus per totam fabulam in scena permanens « una cum spectantium animo temporis intervallo transilire nullo modo poterat ».

At multae aliae causae sunt, quibus ars tragica Sophoclea a Shaksperiana differt. Quid enim dicam de re metrica? Nam Sophocles tragœdias suas a principio usque ad finem numeris exornavit; versibus loquuntur magnificis non solum præclarissimi actores, sed etiam nuntii, et saepe etiam servi; contra Shaksperius versibus mira cum arte orationem solutam adiunxit. Huc adde, quod tragicis graecis poetis fabulas ab heroicis tantum aetatis ducere licuit, exceptis Phrynicō, qui cum suo periculo *Miletum captam* fabulam (cf. Herod. 6, 21) et Aeschylo, qui *Persas* docuit; Shaksperius vero, materia undique sumpta, mirificas suas tragœdias composuit. Praeterea Shaksperius in fabulis multa et iocosa adhibuit et comica et ridicula (cui enim non sunt nota, ut exempla proferamus, et scurræ facetiae in *Rege Learo* et *fossorum* et *Hamleti* lepidissimum illud colloquium?), quibus rebus Sophocles in suis fabulis nunquam usus est. Quid denique dicam de magno temporis spatio, quod est inter Sophoclem et Shaksperium? « Tempora mutantur - uti dicunt nos et mutantur in illis ». Leges, religio, cultus, doctrina, mores, omnia mutata sunt; quid mirum, si etiam ars tragica est mutata?

D. TAMILIA.

CARMEN EPICUM SAECULI XV NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUM

QVOTIES mentem atque animum ad eam aetatem convertimus, quae a renascentibus litteris nomen accepit, non possumus quin admiratione prosequamur non solum magna ingenia quae tunc temporis provenerunt Italiaeque gloriam in immensum amplificarunt, verum etiam innumera illa litterarum artiumque opera ea aetate confecta, quae etiam si a perfectionis fastigio longe abstiterint, tamen facul-

tatem et industriam maiorum nostrorum locupletissime testantur.

Nimirum apud omnes gentes id evenisse videamus, ut quo tempore per pauca quaedam opera omnibus numeris absoluta in lucem edita sunt et in deliciis haberi coepit, eodem tempore plurimi simul minoris ingenii viri florerent, qui iisdem studiis operam non spernendam navantes, quasi comitatum et cohortem maiorum atque optimorum efficerent, velut minora sidera, inter quae sol et luna splendidiora nitent. Ita apud Graecos quaedam quasi caterva philosophorum Platoni et Aristoteli aequalis; apud Romanos una cum Vergilio, Horatio, Ovidio plurimi vixerunt minores poetae, quorum opera quidem intercederunt, at nomina et memoria extat.

Ut autem ad reviviscentium litterarum aetatem redeamus, tantum abest ut omnia eius opera vel prosa oratione composita vel numeris adstricta penitus cognoscamus, ut contra multa adhuc passim in bibliothecis delitescant, vel si edita sint, haud ita multum in studiosorum manibus fuerint. Itaque optime merentur de studiis nostris quicunque huic rei dant operam, praesertim qui carmina vel epistolæ usque ad id tempus inedita typis imprimenta curant, efficiuntque ut scientiae nostræ fines amplius quotidie provehantur.

Quo in numero habendi sunt nobilis vir Crispinus Mariani, patricius Cornetanus, Romæ degens, et Ioannes Martuccius Romanus. Horum prior, omnium rerum, quae ad illustrandam patriæ sua historiam pertinent, investigator diligentissimus, cum in Fusci Paracleti Cornetani nomen incidisset cumque legisset, hunc virum, Augustiniani Ordinis sodalem, ab anno 1460 ad 1487 episcopum Acerensem, nonnulla scripsisse latina carmina, praesertim poematione de bello a principe Tarentino in Ferdinandum I regem Neapolitanum illato (1459-1463), consilium cepit diligenter in eam rem inquirendi. Inter ea eclogam Paracleti, quam in bucolico poemate manuscriptam repererat Maiellianis typis Tibure vulgabat, tamquam ad specimen. Postea cum omni cogitatione curaque in querendum poema Tarentinum incubuisset, tandem repperit exemplar eius etiam nunc servari in Bononiensi bibliotheca; statimque describendum curavit. At aliis curis distentus rem perficere non potuit. Auctor itaque fuit Ioanni Martuccio, ut onus et honorem absolventi negotii sibi sumeret. Qui cum via ac ratione sane laudanda novam et accuratiorem inquisitionem constituisse, multa de Fusco Paracleti scitu digna collegit; carmen autem Tarentinorum, collato praeter Bononiensem altero codice Parisiensi, illustrandum curavit; horum denique studiorum fructum, carminis editionem doctis prolegomenis auctam paravit, quae nuperime Romæ in lucem data est. (*Un poema latino inedito del secolo xv sulla tentata restaurazione Angioina*; edizione non venale di soli cinquecento exemplari. Roma, Giovanni Balbi, 1899).

Fr. Paracletus, Ordinis sancti Augustini, ex veteri et nobilissima Malvetiorum familia bononiensi originem duxit, ut videtur, at Corneti natus est. Lector philosophiae et theologiae fuit in Universitate Bononiensi circa annos 1458 et 1459; mox ad Studium Senense translatus; ubi paulopost (1460) a Pio II (Piccolomini) in episcopatum Acerensem elevatus. Hoc munere functus est usque ad mortem, quae fuit anno 1487, cum ipse, si fides habenda est codici cuidam Salernitanum saeculo XVII conscripto, septuagesimum nonum aetatis annum ageret. Exstat in membrana archivi Salernitani epitaphium, quo Acerenses dioecesani sepulcrum eius ornatum voluerunt.

Fratri Paracleti opera nobis nota haec sunt:

1. *Liber de passione Domini* versus heroico conscriptus, Pioque II pontifici dicatus « ex Bononia ad III nonas octobres MCCCCLVIII »; legitur in codice I, VI, 231 bibliothecae Chigianae.
2. *Carmen bucolicum ad Pium II*; quod sex constat eclogis, quarum quinque primis tituli sunt: *Querulus fletus*, *Laus pastoris*, *Pastoralis ambicio*, *Satirolus*, *Amor pastoralis*; novissima in laudem Pii II composita caret titulo suo. Legitur id opus in codice bibliothecae Augustobonensis (Troyes, dép. Aube), a Ioanne de Vepria manu exarato sub finem xv saeculi; exstat etiam sed in fine mutilum in codice quodam Vaticano (Regin. 643). Hoc bucolicum carmen scripsit Fr. Paracletus anno 1459, cum Pius II Pontifex Mantuae esset, ubi concilium indixerat, ut expeditionem in Turcas pararet.
3. Post eclogas Fr. Paracletus, iam episcopus Acernensis, epicum illud carmen panxit, cui titulo dedit *Tarentina*, quod ex duabus codicibus, ut nuper aiebam, Martuccius edidit.
4. Denique iam senex, cum pontifex esset Paulus II, satiras quasdam composuit, quae etiamnunc leguntur, licet nullus eorum vetus codex exstet, quem noscamus.

Carmen *Tarentina* a Martuccio editum quattuor libris constat. In primo post breve exordium narrat poeta, cum regnum Neapolitanum grata pace floret, magnanimi Alphonsi virtute parta, indoluisse Allecto flammisque sensisse invidiae; inde in concilium Inferorum Deos vocasse; omnes aducurisse certatim, et Livorem et Discordiam et Famen et Senectutem et Tremorem et Pallorem multosque alios, quorum imaginem graphice depingendam curat Noster; qui postea sermones refert in concilio habitos ab Allecto et Megaera, quorum summa haec erat, ut ad turbandam pacem Parthenopeam princeps Tarentinus excitaretur, qui, Odio et Furore et Impietate comitantibus, ferox in Ferdinandum regem bellum moveret. In secundo libro narratur Tarentinus princeps, ambitione et livore caecatus, consilium iniisse Ferdinandum ex regno pellere et gentis eius funditus divellere nomen; huius rei causa egregios regni proceres ad se vocasse et post multas epulas aperiisse consilium suum, quo audito coniurasse omnes foedusque per sacra Belligeri firmasse; deinde auctore sacerdote Phoebi, legatos misisse ad Renatum Andegavensem, qui in Provincia degebat, ut ducem ad id bellum nominarent. Renatus legatos benigne exceptit, et spe ductus Neapolitani regni potiundi, Ioannem filium designavit, qui exercitui praeesset. Tertius liber totus est de expeditione paranda. Renatus filio accessito, consilia dat ad bellum gerendum, et nonnullis infestis signis admonitus, precatur Deos, ut sibi et filio faveant. Tandem paratis rebus omnibus, solvit Andegavensis classis cum exercitu, et prospero cursu ad litora Parthenopea appellit. In quarto libro denique ultimos belli casus narrat poeta, de populationes a militibus factas, Ferdinandum misera regni sorte excitatum et ad defendendum omnia necessaria molientem, mox, Dis faventibus, procerum cladem et ditionem, Tarentini principis fugam et mortem. Clauditur poema Inferorum descriptione, ubi Tarentinus exceptus et damnatus saevissimis tormentis cruciatur.

Non est hic de Fr. Paracleti poemate iudicium ferendum; haud desunt quidem in eo litterarum veneres, satis aptae descriptiones rerum, sat accommodati cum rebus tum personis sermones. Itaque inter carmina eius aetatis quae multa et pulchra sunt, non ultimum habebit locum. Laudem igitur suam habeat Martuccius, cuius labori et diligentiae editio huius poematis princeps accepta est referenda. Id

solum dolent ut equidem s
ficultates sup
erat codicu
giendum, im
quae animad
ctoris sui, pr
ferendo a q
suam derivav
cilio, ut ob
detrahendum

DE PUE

ME

M EMINI
genio ferme
dine capto, e
qui procul ne
putabat: « Pe
quendam ex
dem publico n
nec quotidie
strum est, cog
sorte conting

Itaque in
in mentem re
exitum fieri n
non adolescen
omnes cuiusv
ad altiora nit
ut aliquid off

Hinc enim
vitae sortem
praecipue ex
emerita stipen
spem foveat,
commidis, qu
quam exigant

Linquunt
stresque res la
sunt validae
omnia, praeter
saria, persequ
vescentia, ad
diandæ causa
ad bona viven
pessimo omni
novimus, cuiu
nuatur, ut opp
a lege Iulia de
tegrare.

At contra c
coetu gignunt
erit, ut contem
menta quae ad
inquietudine
nolint, ut qua
cum validus s
quisque comp
lucriva causa, c
locant, facile r
ac nobilitate s
quae artificio
cendae vitæ ta
quodammodo
diorumve inut
tur. Exempla

s nota haec sunt:
su heroico conscri-
« ex Bononia ad
legitur in codice I,
2. Carmen bucol-
tat eclogis, quarum
ulus fletus, *Laus pa-*
s, Amor pastoralis;
sita caret titulo suo.
thecae Augustobo-
Ioanne de Vepria
eculi; exstat etiam
quodam Vaticano
men scripsit Fr. Pa-
Pontifex Mantuae
expeditionem in
Fr. Paracletus, iam
ud carmen panxit,
duobus codicibus,
dit. 4. Denique iam
II, satiras quasdam
tur, licet nullus ea-
noscamus.

solum dolendum est, quod Martuccius aetatis vitio,
ut equidem suspicor, non omnes suscepti laboris dif-
ficultates superare valuerit; ubi mendosa aut dubia
erat codicum lectio et ad conjecturas erat confu-
giendum, imparem se praebuit; multa autem omisit
quae animadverti poterant ad illustranda verba au-
ctoris sui, praesertim veterum poetarum locos pro-
ferendo a quibus nonnulla Fr. Paracletus in rem
suam derivavit. Sed quisnam erit tam severo super-
cilio, ut ob eam rem Martuccii meritis quidquam
detrahendum putet?

F. RAMORINO.

DE PUE RIS IN CRASTINUM INSTITUENDIS

MEDITATIONES POSTUMAE

MEMINI me rusticantem et sub vesperam cum rusticico sene prope hortum colloquentem, in genuo ferme sed sincero animo agrorum pulcritudine capto, ea prope Horatii iterasse: « Beatus ille qui procul negotiis... ». Quibus rusticus, callide, ut putabat: « Pulcre loqueris, respondit; at ego novi quemdam ex cognatis, qui apud provinciae praesidem publico munere fungitur, lauto stipendio vivere, nec quotidie ad solum ligone versandum, uti nostrum est, cogi: quae mehercule et filii meis velim sorte contingere ».

Itaque in re de qua loquimur, aptissime haec in mentem redeunt; magis enim arduum studiorum exitum fieri necesse est, cum sui erudiendi cupiditas non adolescentulos tantum honesti ordinis alliciat, sed omnes cuiusvis coetus arripiat cives, ita ut singuli ad altiora nitantur, et plerumque ad rempublicam, ut aliquod officium sortiantur, confluant catervatim.

Hinc enim si rustici senis est desiderium, ut natis vitae sortem leniorem comparet, natorum inde, et praecipue ex quo legibus omnes milites fiunt, post emerita stipendia domum redeuntium illud in primis spem foveat, ut ad urbem redeant et in urbanis commodis, quae maxima liceat, potiti, vitam reliquam exigant.

Linquuntur interea agri, opificia; rusticae industruesque res langescere quasi videntur, et quotquot sunt validae hominum vires vana atque ephemera omnia, praeter duo illa, prima ac praesertim necessaria, persequuntur. Tributa denique in dies ingravescentia, ad tot exercitus et classes pacis custodienda causa instructa, reliqua tollunt, quae cives ad bona vivendi comparant: sunt imo et regna quae pessimo omnium morbo laborent, prouti de Gallia novimus, cuius paulatim populus ita numero extenuatur, ut opportunum, pene dicam, appareat, illud a lege Iulia de maritandis ordinibus cautum redintegrare.

At contra omnibus, et his praecipue qui populari coetu dignuntur, id numquam satis commendatum erit, ut contenti sua sorte sint, ut prima illa documenta quae ad mentem erudiendam acceperint sibi in inquietudinem, reipublicae in perniciem vertere nolint, ut quae pater gesserit negocia haec filius, cum validus sit, accipiat, diffundat, confirmet: ut quisque compertum habeat operam, quam quaestus lucrive causa, causidici vel medici parum edocti pretio locant, facile manuum adsiduo labore utilitate simul ac nobilitate superari, ut denique omnes recognit quae artificio vel agrorum cultu comparantur ducentae vitae tantum esse necessaria, ideoque maioris quodammodo habenda, quam quae tot literarum studiorumve inutili ac saepe mendaci pompa ostentantur. Exempla virorum qui idem senserint illustria

adsunt: iamque Catonem illum senem morum reipublicae custodem acerrimum, summa senectute suis manibus praedia coluisse Cornelius auctor est; idem de Georgio Washington americanae libertatis assertore ac vindice, atque foederis septentrionalium civitatum statore legisse memini; Leonem Tolstoi, christiani quem nunc vocant neo-socialismi praecomen, manus pariter calamo ac bidenti admovere notum est. Sed cur humanis egemus? Exstat Divini Redemptoris cunctis propositum exemplar, qui ad trigesimum usque annum Nazareth Iosephi in humili domo occultus vitam fabrili opere sustentavit, ita ut cum postea miraculis ac sermonibus innotescere cooperit, attoniti cives dictarent ad invicem: Nonne est hic filius fabri?

Quod profecto exemplum si saepius recogitaretur, haud equidem ita frequentes in adversam fortunam hominum querelae exaudirentur, nec reipublicae dolendum esset, quod tot parasitorum inutile agmen sibi alendum in dies augeatur.

I. ANTONELLI.

SURREXIT! ⁽¹⁾

*Surrexit: Hevae plaudite posteri!
Surrexit: ira Tartarus infremat!
Surrexit, atram qui peremit,
Dura ferens moriensque, Mortem.
Cum dextra Christi Mortis aculeum
Armata posset fulmine frangere,
Mavult inermis, dum latescit
Forma Dei, superare Letum.
Humana Leto membra, nec invia
Crudo dolori, cominus obiicit;
Ut, sauciatus, nos sauciatus
Ad vegetam revocet salutem.
Obses benignus, vincula sustinet,
Virgas acerbas, sertaque spinea,
Clavos cruentos, lanceamque,
Quae vel in exanimem ferocit.
Quo sic perempto, membra reviximus
Inserta Christo: divite gratia
Ornata nunc, ornanda quondam
Aethereo Superum decore.
Surrexit ergo Christus; et induit
Iam non caducam, non cruciatibus
Obnoxiam carnem, sed in qua
Perpetuos celebret triumphos.
Iam sole fulget clarior; ocior
Volat procellis; clausa per ostia
Subtilis intrat: tanta corpus
Ex animo repetit decora!
O Christe, Leti victor! ovantibus
Te salva Tellus, te domus Aetheris
Collaudet hymnis! victa vero
Mors rabie fremat impotenti!*

*Tu, cum sepulcro me quoque iusseris
Prodire Iudex, atque resurgere:
Da, quaeoso, tunc inter beatas
Sistar oves, quibus astra pandas.*

FRANC. X. REUSS.

(1) Haec oda scripta fuit post auditum Laurentii Perosi opus musicum de Resurrectione Christi, cuius operis pars prior in plangenda Christi morte versatur.

DE VARIA MORTIS IMAGINE

SAECULORUM CURSU

CONSIDERANTI et memoriam antiquissimi temporis repetenti leviter fortasse videbitur rudibus olim indoctisque hominibus Mors supremum malum fuisse. Postquam enim, poenas luens intemperantiae sua, ille nostri generis pater coelestibus deliciis expulsus est, nudus et errabundus ferarum minas et imbrum inclemantium una cum uxore toleravit: qua orbatus, improvsum mysterium intuens, solitudinem horruit et primus lacrimas miserabiliter effudit. Iam tum mortis cogitatio continuo hominum facultates perturbavit. Nam, ut illa omittamus quae orientis solis scriptores rerum nobis tradiderunt, apud Homerum fatalis hora virorum cum atra nocte comparatur (1), et omnia quae ad eam attinent luctum metumque induunt: nec dissensisse ab eo poetas aetatum in sequentium videmus, qui ad unum omnes tetricam Mortis imaginem moestis versibus effingunt. Quae quidem opinio temporis progressu magis atque magis occupat animos: ut in latinis poetis cerni licet, in Horatio praesertim, qui ob oculos subiicere gaudet horridam deam aequo pede regias et tabernas pulsantem, vel nigris alis devotos mortales circumvolantem (2). Nil mirum: deerat solacium fidei ac religionis; nam caeco Fato in terras missam putabant veteres Mortem; verum, cum eam consiliis divinis parere cogitabant, minus horrere soliti erant: ut delicatissima fabula Endymionis, cuius oculi clausi sunt in Latmo monte osculo Selenis (3); ut Hecubae lamentatio in *Iliade*, cui gelidum filii corpus flos videntur, quem sagitta Apollinis dulcissime succiderit (4). Socrates, omnium philosophorum facile princeps, ut est apud Platonem, qui eum supremo vitae momento cum amicis ac discipulis de immortalitate animorum colloquentem facit, mortem non timendam sed optandam censem. Est enim liberatio a vinculis incommodis que corporis, quod philosophi, ut sapientiam adipiscantur, maximopere contemnunt. Ipse autem hanc de vita migrationem bona cum spe suscipit, se ad deos profecturum et veritatem, quam semper secutus est, in beatorum regionibus potiturum (5).

Ne de ethnicis scriptoribus plura dicamus, ad nova accedamus tempora. Christus, ut subruens genus humanum redimeret, cruci affixus obiit: eiusque morte nihil maius ad augendas fidelium multitudines profecit. Fracta videt tela sua implacabilis diva: terror fugit subiitque animis pax et fides. Si Graecus mortem libens accepit, martyres nostri fines excedunt, laeti alacresque arripiunt complectunturque supplicia. In clamore et sanguine, in cruciati et vi, pueri, virginis, senes gloriam supernam collaudant et rident. Ne exquisita quidem imperatorum tormenta triumphum novae militiae prohibere potuerunt. Quam multi, illorum clarissima exempla secuti, divitii commodisque spretis, crucem ipsi amplexi sunt! Quam multi, brevis aevi memores, mortis cogitatione permoti sunt, ut a celebritate urbium et frequentia negotiorum in parvo tuguro vitam egerint, dummodo beatorum numero adscriberentur! Tamen, sicuti pleaque rerum initia habentur, media quam dicimus aetate, quamquam firmior in animis vigebat fides, imago mortis yaga fuit et indefinita: raro enim poetam vel pictorem invenias, qui sensibili forma hunc cotidianum eventum scriptis vel tabulis pictis induerit.

(1) Hom. II. I. VI, v. 11; I. XXIV, v. 735.

(2) HORAT. Carm. I, 4; Sat. II, 1.

(3) CICER. Tusc. disp. I, 38.

(4) Hom. II. I. XVIV, v. 759.

(5) PLAT. Phaed. cap. XII.

Ipse Dantes in *Comoedia* reginam dolentis regni non describit; et Petrarcha in carminibus suis abstrahitur a Vergiliana recordatione Iridis lethalem crinem evel-lentis (1). Quod etiam absolute respondet illi quod feminae horum poetarum mystico velo circumfusae videntur et, ut ita dicam, inter coelum et terram suspensae.

Sed paullatim tenebrae obsolvuntur, nebula carne et ossibus informatur. Solitarius homo in vigiliis mortem sibi effingit impiorum vindicem piorumque solamen, ut hoc unum sibi persuadeat: ad beatum perpetuo faciendum animum, asperitate, ira, avaritia ceterisque vitiis, quibus humanum genus et docile et primum, cavendum esse; quapropter in silvas abditur et in cavis rupibus speluncarum meditatur mortem. Eamdem vulgus miscet cum angelo niveis alis teneras cunas custodiente et leves animas ducente per itinera coeli. In urbibus interdum pietate christiana florentibus, tumuli iucundos exhalant odores violarum, quas purae manus assidue pro defunctis educaverunt; et urnae candidis columellis statuisque marmoreis exornatae mentes viatorum recreant ac de optabiliore vita suaviter colloquuntur. Sursum corda! Veniet hora mortis, et quidem celeriter: nemo est qui scelere securus metuat; nec homines enim ad tenebras Orci deducet, nec animi ignes ad nihilum rediget. Contra manet nos praemium et gaudium aeternum, pro quibus gloriosissimi martyres, divino afflato perducti, non dubitaverunt occumbere. Ideo quod antiquissimis temporibus horridum numen erat ruinam; quo se verterit, afferens, et media aetate umbra sine corpore, recentioribus diebus, fide ac religione favente, naturae est factum, quod probos homines terrere nequit. In circuitu artium et litterarum Mors figuras quam maxime varias sumpsit, a pallido spectro falce et clepsydra praedito ad formosissimam puellam, cuius sinum virginalem ad extremos somnos infelix vates Recanensis petiverat (2). Tamen in tanta figurarum et imaginum varietate una atque immutata permanet opera Libitinae falce residentis, quae, sicut in Dante Fortuna, orbem vertit suum, non voces, non querelas audiens gentium, quae in voraginem temporum sive properantes, sive reluctantantes praeterirent.

T. COLAMARINO.


HUMANUM CAPUT A BONARROTIO EFFICTUM

ROMAE in' regione transtiberina ad ripam fluminis
domus cum villula exstat per celebris, cui nomen est
La Farnesina; haud magnum quidem aedificium, sed miris
sanæ architectonicae ac pictoriae artis clarum monumentis.

Insignes inibi imagines in parietibus depictas licet in-

(1) VERGIL, *Aen.*, l. IV, 700.

(2) IAC. LEOPARDI carm. *Amore e Morte.*



Bonarrotius effinxit

Item reiicienda eorum sententia est, qui existimant idem caput opera Sebastiani, *a Plumbo* nuncupati, delineatum esse; nimis enim artis peritia perfectum apparet, ut suspicemur Bonarrotii manum ab opere alienam.

R. CASCIOLETTI

IN HIERONYMUM SAVONAROLAM

*Cum fera flamma tuos, Hieronyme, pascitur artus,
Relligio, sanctas dilacerata comas,
Flevit, et « Oh! - dixit - crudeles parcile flammæ;
Parcite; sunt isto viscera nostra rogo ».
Sed quamquam immerito flagrant, Hieronyme, busta,
Regalique tuum funus honore caret;
Sorte tua gaude: haud moerens Ferraria ploret:
En tibi pompa, tuas quae decet exequias.
Nam tibi non paries atro velatur amictu;
Sed terras circum nox tenebrosa tegit.
Iam tibi contextis lucent funeralia lignis,
Lucidaque astra poli; noenia tristis abest.
Semper bonos; carumque tuum per saecula nomen,
Christi donec erit Relligio et Pietas.*

A. ARTIOLI

tueri, quas Peruzzius, Sodoma ac ipse Raphael Sanctius egregie pinxerunt. Atque hic quidem ea in domo clarissimi ingenii sui vestigia posteritati reliquit.

Nunc vero, ceteris omissis, *de humano capite dicam*, quod aere incisum sub oculos ponimus. Fertur illud Bonarrotius carbone in pariete cubiculi, ioci gratia, delineasse, quem Danielem Volaterranum, discipulum sibi carissimum, de via exspectaret.

Robusta lineamenta affabre expressa ac mira quaedam severitas oris, vel ipsa haec summi artificis opus immortalitati commendant.

Minime autem assentior cuidam referenti, Bonarro-
tum ea severitatis nota voluisse pictoram Sanctii ratio-
nem carpere, quasi nimium levem ac mollem. Neque
enim quae eius erat virtus et comitas facile sinunt cre-
dere tam vulgari more fuisse usum cum viro omni pro-
fecto honore dignissimo.

GEOGRAPHIAE NUPERRIME ADEPTA

NOSTRIS hisce diebus ephemerides frequentiori percre-
buere sermone quoad pygmaeas gentes in aequato-
rialibus Africæ silvis ab anglico Lloyd adeptas potius
quam repertas. Quae, ab aliis antiquitus tradita, ceu fa-
bulosa, quae, a recentioribus annuntiata, veluti incredibilia
videbantur, nunc assidua observatione confirmata intra
historicam fidem recensenda sunt.

Indigenae huiusmodi anglicum peregrinum cauto sequebantur itinere, quo nec ipsi se viatori proderent, nec viator adstantes et circumspicientes animadverteret. Aegre tandem respexit, et photographicis utens auxiliis, ora modum ac staturam repentina in photographicō apparatū coruscatione adipiscitur.

Intra metrum et centimetra viginti duo assurgunt.

Mox, data copia colloquii cum principe eorum, haec refert: Acres mente homines habendi sunt; promissa barba, lato pectore, convenientibus artibus, et fortasse decoris utuntur.

Mulieribus ac viris indumentum est ex corticibus arborum, confecta quoad femora zona; suntque arma arcus et sagittae et lanceae veneno illitae.

Non pagi, non oppida, neque stabilis mora locis; tota passim regione liberi vagantur atque soluti, quibus infinitum nemus una tantum et perpetua domus, quod Europaeis tamen et invium et devium sit, et avium. Nocte cubant in exiguis casulis ad horas exstructis, iisque talibus, ut recti in iis assurgere nequeant. Primo mane habitata noctu relinquunt alio migraturi

Nec minus anglico, bene de humano cultu ac de scientia meriti sunt illi duo, Christi praecones ad barbaros, de quibus ephemeris *Globus de Brunswick* enarrat in septimo numero anni 1898, nempe RR. PP. Jullien et de Rycke, qui in Nova Guinea Britannica flumen Veida affluens in Alkam compererunt, et ignotis hactenus, nec peragratiss adhuc, nemoribus emensis, plura oppida degentium ibi populorum inviserunt. Fluminis, cui nomen *Sanctus Joseph* impositum, duo in unum confluentia cornua in regione certa notavere, et ex hisce duobus alterum ad fontes, originem invenerè ad radices contem *Sanctae Mariae* appellarunt. At huius, infandis utentes epulis, humanis et humano cruento, populos invenerunt, contem, quem *Mont-Leon* dicere placuit, descriptere.

At in regesto (*Bullettino*) Geographicae Societatis Italicae (ann. 1899, num. II) publici iuris factus est geographicus et topographicus typus, quem R. D. Ioseph Manfredi, latino patriarchio hierosolymitano addictus, vestigans vetus Arnon flumen (hodie *Mogreb* appellant), affabre descripsit, regiones finitimas, montes imminentes et rivos nutrientes ad apicem notans, auxiliante collega G. Barberis.

Stationes praeconum Evangelii transiordanicae originem deducunt ab huius generis viro sacerdote, qui ad Naplusam primus Iordanem tranare, et arcanas illas regiones peragrare ausus est. Causa itineris in loca repugnantia cuivis cultui fuere morientis christiani Bethlehemitae voces illic degentis. Sic anno 1875 aedificata illa statio, cui nomen *El-Carak*, sic anno 1880 illa cui nomen *Madaba*. Sic Turcarum imperator obsistentes quotidie, et ex leges Beduinos illos dociles habuit, et legibus pronos, et anno 1893 *Carak* potitus, ius ibi primum et leges


ADEPTA

mentiori percre-
tes in aequato-
deertas potius
radita, cui fa-
uti incredibilia
nfirmata intra
num cauto se-
proderent, nec
vereret. Aegre
auxiliis, ora
graphicō appa-

assurgunt.
e eorum, haec
unt; promissa
convenientibus
oris utuntur.

dumentum est
confecta quad
arma arcus et
eno illitae.

ida, neque sta
passim regione
soluti, quibus
tum et perpet
oaeis tamen et
t avium. Nocte
ulis ad horas
, ut recti in iis
imo mane ha
lio migraturi



Sacellum S. Sepulcri, Hierosolymae.

bene de hu-
tia meriti sunt
nes ad barba-
ris Globus de
optimo numero
PP. Jullien et
a Guineo Bri-
uens in Alkam
hactenus, nec
ribus emensis,
ibi populorum
nomen Sanctus
in unum con-
one certa no-
bus alterum
ere ad radices
pellarunt. At
ulis, humanis
os invenerunt,
dicere placuit,

exercuit. Inde illac Europaeis facta via, quibus antea non
licebat.

Quae ad orientem Mortui maris terrae essent ante-
hoc ignorabantur. Prima haec descriptio ac typus in R. P.
Manfredi laudem cedunt.

Neque novum hoc annalibus, neque novum docti-
simis illis viris, qui, sine ira et studio, in monumenta
incumbunt, quibus potissimum geographicæ notiones
apud nos amplificantur. A primo enim Ecclesiae na-
scientis exordio et ab ipsa Evangeliorum vulgatione prima
hoc semper exstitit, ut, qui Christi fuerint praecones, hi
non modo bene de humano genere ac de cultu et mori-
bus, sed de artibus quibusve et literis pariter mererentur.

L. M.

CHRISTIANORUM PASCHA

ET HIEROSOLYMAE RECORDATIO

QUUM memoria Christi mortem subeuntis, atque
se divina virtute ad novam vitam excitantis
ubique terrarum his diebus a Christianis celebretur;
omnium oculi, ut ita dicam, sua sponte coniici, om-
niumque cogitationes in Hierosolymam conferri vi-
dentur, praesertim in templum immani magnitudine,
quod quadraginta circiter sacellis Calvarium, Sanctum
Sepulcrum, ac cetera id genus complectitur loca,
quaes Christus aut patiens, aut moriens, aut resurgens
perpetuo digna reddidit honore. Ceterum immensum
illud aedificium, seu, ut rectius loquar, aedificiorum
collectio, neque exquisita arte, neque diviti cultu
ornatum appetat, ut nitebat quondam regali Con-
stantini munificentia. Etsi tot tantaque ornamenta
sive catholici nominis hostibus infensissimis, sive
temporum vetustate sunt deleta, maximum tamen
incolumē adhuc manet Christi sepulcrum.

Puto equidem neminem fore, vel dubii tenebris
obcaecatum, qui quum illum sanctum adeat locum,

ctis confractisque, sanctuarium in pristinum restituit
cultum: auspice autem Helena, eius matre, luxu-
riosum atque immanis ibi molis templum, decem
circiter annis, exstruendum curavit. Nam muri, ob
regalem eius liberalitatem, ornati sunt exquisitiore
marmore, ac lacunar ipsum tanta vi auri obductum
nituit, ut aureo, si ita loqui fas est, aequori, fulgi-
daque luce mirifice coruscanti simile esse videretur. Sed Cosroes
Persarum rex, auro ceterisque the-
sauris direptis, flammis templum
dedit; adeo ut Hierosolymae praes-
sus Modestus illud ab imis funda-
mentis instauraverit quindecim cir-
citer annis. Sed kaliffus Hakem, qui
Aegypti Neron cognomento dice-
batur, anno millesimo decimo post
Christum natum sanctuarium solo
aequavit, quod postea Christiano-
rum sumptibus Christi sepulcrum
undique invisentium ad ungueni
in pristinum restitutum fuit. Post-
quam e Turcarum manibus Hierosolymam Gothfridus e Bulnionio
abriput, in primis statuit ut sancta
aedes nunquam Christi orbaretur
sacerdotibus, qui divina officia quo-
tidie peragerent, externoque cultui
digne prospicerent: at vero tem-
porum vicissitudinibus factum est,
ut domus Dei solitudine ac squalore obsita miserum
in modum tabesceret, donec fratribus a Francisco
Assisiati institutis sanctuarii cultus et decor anno
christiano millesimo ducentesimo trigesimo creditus
est. Hactenus de exacti temporis calamitatibus: pauca
nunc de praesenti templi statu.


Nostris hisce diebus templi forma, ex stylo ro-
mano atque ogivali saraceno, illi ferme linearum arti

intimis animi sensibus ve-
hementissime non exci-
tetur ac quodammodo
pervadatur: illic oculi,
demiso in terram intui-
tu, quiescere; genua, sa-
cro quadam terrore per-
culsa, flecti, lingua con-
ticescere, ac mens ipsa,
tanta vi magnitudinis
obruta, plane deficere.

Longum est huius
enumerare vicissitudines
sanctuarii, quod vicies
ferro ignique direptum,
totidem restitutum est,
ac plures ab imis iterum
excitatum fundamentis.
Potentium conatus di-
vinae repugnantes vir-
tuti irriti semper habendi
sunt, ut historia abunde
nos edocet: ratus Hadria-
nus imperator Calvari
ac Sancti Sepulcri me-
moriam plane perfecte-
que se deletur, Iovis
ac Veneris cultui ea loca
dicavit; sed incepta non
est assecutus. Nam cent-
num nonaginta et uno
post annis immortalis
Constantinus, idolis deie-

respondet, quam Modestus, ut diximus, Hierosoly-
mae praesul instituit, si ea excipias, quae sensim
processu temporis per milites a Cruce nuncupatos
innovata accepimus. Immani magnitudine sanctuar-
ium quattuor praecipuis constat partibus, nempe
aede, ut dicitur, orbiculata, quae Christi amplectitur
sepulcrum, sacello Franciscano, quod Christo dicatum
est Virgini Matri se ostendenti; Calvarii templo
et subterraneo fano Crucis inventae sacro. Quattuor
hae partes per aediculas, sacella, ambulacra iunctae
vicissim ac sociatae sunt; triplici insuper coenobiorum
ordine circumdantur, quae incolunt non modo Fran-
ciscales, verum etiam Graeci atque Armenii a Ro-
mano Pontifice dissidentes, Syri, Cophti, ceterique,
adeo ut diu noctuque precibus, hymnis, cantibus
sancta resonent loca diverso ritu atque idiomate.
Varia igitur templa, plurima sacella, aediculae, coenobia,
aedes Turcarum excubias agentium, haec
omnia in unum collecta, quod supra diximus, aedi-
ficium constituant quattuor milium metrorum qua-
dratorum superficiem occupans, in qua omnia con-
tinentur, quae ad Christum in crucem actum, aut
mortuum, aut sepultum, aut denique ad novam ex-
citatum vitam referuntur. Ibi enim videre licet lapi-
dem, in quo Christum e cruce depositum unguentis
atque aromatibus delimitum ac syndone involutum ac-
cepimus; columnam, cui devinctum flagellis caesum
audivimus; Iosephi ab Arimathea atque Gothfridi e
Bulnionio sepulcrum. Multa quoque, quae spectentur,
digna sunt, ut sacella sancto Longino, piis foeminis
Christum quaerentibus, Mariaeque a Magdala dicata:
utrinque aediculae in quibus multa Christi morientis
commemorantur, veluti locus, in quo milites Re-
demptoris vestem parti sunt inter se, in quo Virgo
reprezentatur septem doloribus conflictata, in quo
denique, ut cetera praeteream, mundi Servatorem
cruci fuisse affixum memoriae traditum est.

Dolendum id tamen, Sancta Loca adhuc sub po-
testate esse Turcarum, atque haereticos ipsos ibi
sacra peragere, qui in Dei domo saepe mercatum



Locus Sepulcri D. N. Iesu Christi.

impudenter habent, eamque vel sanguine inficere
non dubitant, quum de sacris faciendis una cum
catholicis iniuria contendunt. Proh Deum immorta-
lem! Quamdiu catholici reges atque imperatores
magno cum dedecore religionis nostrae patientur
Calvarium et Christi sepulcrum a Turcis atque
haereticis vexatum et profanatum?

HERSILUS.

amus (*Lettore sopra
rtis magistrali libro:*
es indicantur singu-
bus innixus postea
dstruxit, nomenque
alius antea persen-
tius videre cupiat,
physic. experiment,
er. italicarum.

scrutando volatu-
rius ad rem figuras
(ini), ut volatus hic
ines deferretur.

abilis deterruit au-
entes alis innixos,
perfectione culpati,

quam *Aeroplano*
et enim duabus aliis
conflato ex chalybe
s funibus substans
uic suspenso autem
cillis explicatio, nec
ttentio, et quaeque
funestus, et expe-
ob certissimam ex

ECCHI PIERALICE.

IA

posita vita per

nidem spero - italica
um vestrum in laude
s geruntur vos non
recipue quum vobis
rescire, mihi vero
ntiare, meo quodam

lebamur, concordes
onica sunt consenti-
ibus ferimus in ci-
nisi concinentiam

cepi, dum curru va-
versaliis, paucis ante
ianiacus alter, alter
e in curru proximi
nem habebant.

diebus Paschatis
urrectione Domini,
ue apparatu Pero-
alter harmonicum
m Dominicam et
quatriduanos ex-
sum circa Drey-
ut confirmandam,
u commendatione.

sidem quasi con-
nod et inter offi-
ficum verbis ap-
de pace egerit
artium proxime
tius Galliae con-
sum, dum om-
cam, mente ni-
olvendis singuli-

quenti. Laudes
e poterant inve-
s, interdum ca-

ta harmonia est,

nam *prima, tertia et quinta nota* musica inter nos tres prorsus absolvitur; in his tribus enim omnis harmoniae ratio et decursus optime continetur ».

« *Musical!* », addidit mathematicus; « dic arithmeticam; nam illi tres numeri, primi sunt, et fundamentum habentur omnium numerorum ».

Atque hic fateor inopiam meam et egestatem; aetheria quedam uncis quibusdam suis arripiente virum assequi non valui. « *Tertius numerus* », ille dicebat, « nil porro est, nisi primus numerus ter iteratus; quidquid igitur in uno est, in terno sit necesse est; hinc *Resurrectio Perosi*ana concordat cum *Resurrectione Dominicana*; consonat haec cum veris adventu, quippe favoniis et zephyris melioribusque solibus terra et segetes et flores et arbores quasi ab hiemali morte aut somno resurgunt. Loubet novus praeses videtur e tumulo et morte, Iulium Faure devorantibus, assurgere, quasi vita auctoritatis et reipublicae inexterminabilis. Adde nunc, tribus hisce, duos annos, et memoratam artium recognitionem habebis, quintam scilicet notam, summam, supremam et maximam harmoniam, qua Galliae vox terrarum orbem implebit... ».

Inque his, toto potitus pelago numerorum, fortasse eo pervenit, ut nec ipse se dicentem integeret. Me amentiae proximorem nunquam sic fuisse confiteor, tot inter arithmeticae scopulos versatum et illis, et. . dic semimortuum. Domum redi... dormivi somnum numeris, spinisque refertum, infirmitatis similem, non quietis.

Sed summo mane eruditus idem vir, qui, totus in arithmeticis et geometricis suis, me victimam designaverat, ad ostium est. Ingreditur; semivestitum me de salute rogat; amicissimum se profitetur fore, sed mediis in sermonibus, qui nihil ad arithmeticam, suo furore abrepitus in haec ex tempore erupit: « Ignorasne tu omnia sursum et deorsum et circa in numero et mensura et pondere conflata esse? » - « Scio », dixi; « sed quorū haec? » Ille mihi: « Audi. »

« Quinquaginta tibi sunt anni = 18250 diebus, queis addendi sunt 12 insuper ex bisextilibus dies. Habetis igitur tuae summam diebus 18262 constantem.

« Hos absumpsti: 6460 operosus.
6000 dormiens.
2962 feriatus.
1500 comedens.
840 ambulans.
500 aeger.

18262
« Quid tibi, si dixeris hanc distributionem respondere musicis et astronomicis disciplinis? Re quidem vera gravissimum sonus si tributatur notae 5, alter assurget gravior ad notam 8, tertius ad... ».

« Ne me occidas! » deprecatus sum.

Sed ille ferox numeris suis: « Sol esto centrum compari, primus orbis in Mercurio erit 5, at, quia non est in centro circuli, sed in foco ellipsis, alter orbis erit 8 in Venere... »

« Nolo mori! » indignatus dixi; « tace, aut me e fenestra deliciam ».

« Iam (illa mascula tigris ait) gratiora dicam:

« Quinquaginta hisce annis comedisti hac harmonica distributione cibos:

« Panis. Chilogr. 18000
« Diversarum carnium 8000
« Leguminum, ovorum, piscium. 2890
« Denique absumpsti potionum ex vino,
lacte, aqua, etc. 35000

« Haec harmonice concordant in integrum... »

« Abi ad Acheruntem! » horrens irragii; et, pileo arrepto, eripi domo per portam, ne morerer; nam eadem de causa nolui per fenestram (in quarto solario erat!) iter arripere.

Cavete, lectores, ne in huiusmodi incidatis, et si fati vos in hoc discrimen adduxerint, curate ut sint libera ianua, pileus in manibus et calceati pedes ad providam fugam. Haec ego vobis. Valete.

Lutetiae Parisiorum, idib. mart. 1899.

A. VIEILLOT.

FRUSTULA

Alleluia!

REMEANTE iam anni vere adest Pascha, solemnissima inter Ecclesiae dies; nosque licet, laetitiae sese renovantis naturae alia ac longe prae nobili superaddita, gaudio gestire, cum Christus Dominus abiecto sepulcri lapide ac fracta morte surrexerit; licet iam prope illud recinere: « Haec dies quam fecit Dominus; exultemus et laetemur in ea! »

¶

De Paschatis nomine.

Pascha, idest transitus Domini, ex iudaica voce phase vel pasach dicitur; quo nomine memoriam Hebraei recolabant egressus de terra Aegypti, die decimaqua mensis nisan, cuius plerique dies vere novo decurrerant. Dicebatur autem transitus, quod cum nocte illa quae exitum ex Aegypto praecesserat, angelus Domini pertransiens primogenitos omnes Aegyptiorum per domos interfecisset, domus Israel, quae agni sanguine pertincta fuissent, reliquisset incolumes.

Sed veteri Ecclesiae sermone alii etiam dies festi Pascha vocabantur; Nativitas nempe, Theophaniae, Ascensionis, Annotinae, Dominica in Palmis (*Pascha florida*), Pentecostes (*Pascha rosarum*): uno verbo, solemnitates ac dies festi omnes in anno maximus Paschatis nomine notabantur.

In *Exodo* (cap. 12) ritus celebrandi ab Hebreis Paschatis describitur, cuius obligatio ea erat, ut si quis minime eam adimplevisset, capite damnaretur.

¶

Dies et ritus de Christianorum Paschate celebando.

Dissensiones primis Ecclesiae temporibus exortas de tempore Paschatis celebrandi, praecipue Nazareorum causa, qui die xiv iam citata iudaico more id agebant, S. Victor papa I anno circiv in concilio Romano composuit, iussitque iuxta Apostolorum traditionem, primam dominicam diem, quae lunam xiv hiemalis aequinotii sequeretur, Christianorum Pascha celebrari. Sententiam receperunt concilia Caesarenum, Lugdunense, Ponticense, Osroenense, Corinthium, Nicenum primum; quo postremo in concilio Paschatis celebranda extremi termini, inferior, usque ad diem martii xxii, superior, ad diem aprilis xxv, constituti sunt. Alexandrini autem patriarchae, quippe qui eius esset civitatis episcopus, quae in astronomicas disciplinas maxime incumbet, litteras ad Romanum Pontificem mittere munus erat, ut illum de die quo Pascha celebrandum esset, certiore redderet; quae proinde *literae paschales* dicebantur.

Galli, Angli, Itali ad saeculum usque xi usum retinuerunt a quovis manuum labore per integrum hebdomadam in *albis* sese abstinenti: qui usus deinceps ad primam tantum et alteram post Pascha diem coactus est. Salutabantur tunc fideles ad invicem verbis illis: « Surrexit Dominus »; quod a Graecis et Orientis incolis adhuc passim servatur.

Nullus insuper tunc cibus sumebatur, nisi cui ante sacerdos benedixisset: cuius ritus et hodie aliquantulum servari notum est.

¶

De flammiferis frustulis.

In communi hominum usu frustula illa habentur, modo lignea, modo cerea, quae, phosphoro illita, confractione vel levi lucem et ignem praebent, ac

iure *flammifera* latinis vocibus appellantur. Qui ea inventi aeterna dignus recordatione videtur, cum rem humano generi praestiterit utilissimam.

Fuit hic genere Hungarus, nomine Janos Irinyi, qui Vindobonae in studia incumbens, eaque considerans quae siebant quoties sulphura in peroxidum plumbi agerentur, praeripuit quae futura forent, si phosphorum sulphuri sufficeret glutine affixum. Nec mora; tentat inclusus domi, et post aliquot dies iterum apud socios est, et in urbe versatur, ob stupescientibus circum omnibus qui vident lucem et ignem erumpentes a frustulis parieti cuivis adfricatis.

Romer quidam, negotiator, inventum sibi comparavit, decem et septem millia libellarum Irinyi persolutis.

Anno 1895 Irinyi mortuus est, nec dives, nec celeber, quamquam et utrumque merebat optime quidem humano genere ita meritus erat.

Agite nunc, monumentum marmoreum aedificate homini, cui panem negasti! Nonne reddit illud Evangelii: « pro pane lapidem dabit illi »?

¶

Quid flammiferorum in usu et in pretio.

Europam tantum attingimus. Quidam, rationibus positis, arithmeticè ostendit quotidie vices millies centena millia flammiferorum incendi, quae si appenderentur, ducentorum millionum chilogrammatum pondus aequaliter! Gallico aerario, nam de confiendi iis reipublicae monopolium est, vices centena millia libellarum quotannis redeunt. Quid alibi, ubi privatae industriae opus relinquitur?

¶

Utilia.

Ne calvi ultra sint.

Guelpa, doctor physicus, diu ad causam intentus, qua tot ac tantummodo apud cultas moribus gentes calvi habeantur, denique hanc reperiisse putavit in usu frequentium capitum ablutionum eo praesertim liquido, quod *alcool* nominatur. Huiusmodi liquidum, ille inquit, adipem et oleum sebaceum exterminat, quibus ad basim et radicem capilli vegetant ac germinant, foventur et aluntur.

Caveant ergo qui caput barbitonsoribus credunt, neque sinant hos in crinibus lavandis illa capillorum peste uti. Sufficiat capillos pura unda abstergere, et linteal tela siccatis illico oleo rursum nutrire, ut ablatus adeps instauretur. Nemo inde calvus.

¶

Iocosa.

Quidam Parochus suadere tentans homini bibaci, ut pessimo mori suo valediceret, dixit: « Fili mi, relinquendum omnino abiendumque procul tibi vinum est, quippe tibi inimicum ».

« Atqui », ebriosus respondit, « nonne tu, saepe monisti, et ab altari et a suggestu perorans, diligendos esse inimicos? »

« Utique, procul dubio », inquit Parochus, « sed nemini unquam suasi, ut deglutiret et voraret inimicos ».

FORFEX.

*Qui statuit aliquid, parte inaudita altera,
Aequum licet statuerit, haud aequus fuit.*

(SEN., Med. act II, sc. 2).

*Gratus animus est virtus non solum maxima, sed etiam
mater virtutum omnium reliquarum.*

(CIC, Pro Planc. 33).

QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPONENDAE

COMMENTARIA haec nostra ita instituta sunt, ut potissimum latino exercentur eloquio qui legerent, et facultas esset scribendi quae magis placent iis, quorum nomina albo sociorum essent inscripta. Lubet nunc amplificare conditiones, et sociis potestatem facere mittere ad quæstionum, quas in commentario notabimus, et cuius ex nostris solvere licebit, missis ad nos epistolis. Magnam spondemus fidem, et hanc praestabimus ad amussim, si, quæ servanda sunt, rite serventur.

Quæstiones itaque proponantur breves, clarae, nullis ambagibus involutae, et prout bona fide loquentes decet; non otiosae, non ridiculae; obviae quamplurimis, et latina elocutione dignae. Responsa non diffusa nimium, nec tamen obscura, optamus; sit modus in scribendo, non ita tamen, ut ipsa quaestio veluti insoluta videatur. Omnia ad leges latinae elegantiae scribantur, et commentariorum indoli moribusque convenient. Denique libertas unicuique sit suum adscribendi nomen sive quæstioni propositae, sive solutae quæstioni.

Quibus nos gratiam apud socios magis magisque inituros esse confidimus.

Vox Urbis.

ANNALES

De gratulationibus Summo Pontifici pro eius recuperata valetudine - Actae Deo grates, eius rei causa, in Vaticana basilica - De congressu ad minuendos exercitus - Inter Italianam et Sinam controversia - Recens stratae ferro viae - Fœdus sancitum inter Hispaniam et foederatas Americae civitates.

SUMMUS Pontifex gravi nuper tentatus valetudine, de qua mire convalluit, sensim ad perfectam progreditur sanitatem. Quantum eius vita cunctis pretiosa habeatur ex eo potissimum innotuit, quod universo terrarum orbe vota pro eo suscipi, gratulationes fieri nondum destitut.

*
Pro tanto in christianam rem publicam beneficio grates Deo persolutae iv idus martias in Vaticana basilica. Hic enim laudanda sane illius Capituli cura per hymnum Ambrosianum Deo solemini ritu supplicatum est. Inusitata ac prorsus incredibilis populi frequentia, quæ huic interfuit supplicationi, splendidum exhibuit testimonium sapientissimi viri incolumentis et conservatio quanti omnium interesset.

*
De conventu pro bellico apparatu minuendo nil adhuc novi. Incertum qua die legati convenient, quique consilii futuri participes. De felici eius exitu a plerisque ambigitur, si summa ac libera desit auctoritas. Ceterum laudanda prudentia quæ malum patefecit, eique consulendum censuit.

*
Inter Italos ac Sinenses controversia propter San mun sinum prope compositionem videtur. Revocatus De Martino, pro Italia apud Sinenses orator, qui ultimatum ipsis inconsulte immiserat, negotium de San-

mun cessione cum sinensi apud Italiam legato agitur. Nec cetera regna Italiæ contradicunt, praesertim Anglia, quæ imo aperte eius optatibus favet.

*

Multa inter privatos comitatus et vicissim inter nonnulla regna propter novas *ferroviarum* concesiones hinc inde pertractata. Novum patientis audaciae specimen erit procul dubio quæ ab Alexandria Capetaua usque pertinet, de cuius ductu inter Germanos et Anglos conditions convenerunt.

*

Maria Christina Hispaniae regina foedus pro pace inter Hispaniam et Americae septentrionalis rempublicam sua ipsius auctoritate confirmavit, nullo ex nationis congressu assensu exspectato. Nihil adhuc de Philippinis insulis: Hispani penes rebelles in captivitate manent, quum susceptae pro eorum libertate negotiationes inter Hispanos et Americam irritae cediderint.

E.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

SENATUS ac populares oratores in **Septentrionalis Americae foederata republica** de portibus ac fluminibus ad commercii commoda aptius instaurandis ac muniendis legem recens tulerunt.

In **Anglia** lord Salisbury apud nobilium coetum paratum sese exhibuit ad inquisitionem ineundam de sectariis quibusdam, quos *ritualistas* vocant, qui publicam perturbare quietem se minitantur. In coetu vero municipum de ferreo itinere quod Russi per Sinenium imperium sternunt, num ad Kouschik usque iam pervenerit, simulque an supremi rerum curatores novum et ipsi dicere ad Kandahar recognitent rogatum est. Sir Brodrick, exterarum rerum summus minister, primæ quæstioni affirmativa, alteri negative respondit; negavitque pariter, coloniam Erythraeum ab Italia Angliae proxime esse tradendam: rem de finibus inter Galliam et Angliam prope Nilum statuendis feliciter progredi nuntiavit.

Opes a gubernantibus expetitae, ut coloniam *ad Litus aureum* aptius munire queant facile concessae sunt: pariterque de pecunia in re navalی ad septies millies centena millia superimpendendam favorable suffragium latum est, Sir Kay Shuttleworth et Labouchère frustra immunitatione proponentibus.

In **Austria** rogationes oblate sunt de augendo militum numero ac de eorum ducibus stipendiis augendis.

In **Hungaria** impensarum summa *pro tempore* approbata, frustra quæsus est a Koloman Szell utrum et Hungari Sinarum aliquam regionem velint invadere: imperatoris enim administer se silentii lege devinctum protestatus est.

In **Belgica** de rogatione quoad contractus quibus opera locatur, adhuc disputatio habetur; quaedam a M. Denis immutanda proposita de tutela ab infortuniis, legis iusu contrahenda, reiecta sunt.

Creta in insula, post diuturnam controversiam, multa de statuariis legibus rogata sunt atque approbata, præcipue circa iura quæ recenti insulae rectori Georgio, e regali domo graeca, tribuenda sint.

In **Gallia** de venatione multa in popularibus comitiis agitata sunt: impensarum summa ad colonias et ad iudicia administranda, approbata. De infortunio ex explosione prope Lagoubran, Allard, populi orator, reipublicae gubernantes requisivit; Lockroy autem, rerum navalium curator, inquisitionem se iussisse respondit, ex qua forte non culpa tantum, sed dolo excitatum incendium deprehendetur. Posthaec summa opum in bellicam rem conferendarum approbata est.

In **Germania** novae leges de re militari secundo ad

examen admissae; at cum de augendo peditum numero res fuit, legislatores concedere noluerunt. Rogatione autem tertio examinata, id tantum potuit, auctore Zieber, obtineri, ut ad annum usque 1903 militum numerus constituantur: non ea lege tamen, ut augeri, ubi opportunum videatur, nequeat. De insulis Carolinis et Mariannis, pendere adhuc negotia cum Iberis nuntiatum est, quo usque nova Iberica comitia congregentur.

In **Iberia**, Silvela ad summam rerum administrandam advocate, comitium omne dimittere oportuit, utpote novis administris minime favens, quod reapse regali decreto factum est, simulque ad oratores populi iterum eligendos dies aprilis 16^a est indicta.

Itali legislatores, post nuper omnino favoribilia in rerum curatores de fiducia, uti aiunt, lata suffragia, binas rogationes, ut iterum ad examen revocentur pariter admiserunt, quibus scholarii omnes qui tum in publicis ferreis itineribus, tum in epistularum publico commercio quovis modo munus gerunt, militari disciplinae subiiciantur. Nonnullæ in huius commercii supremum curatore quæstiones excitatae sunt, quod præsertim privatas easque licitas commutandarum rerum statutas domus abdere se velle aperuerit. Multa deinde de athæneis administrandis ac reformandis discussa, ut futurae adolescentium institutioni prudentius consulatur.

Denique in meridionalis Americae republika **Uruguay** omnibus, qui intra recentissimas seditiones damnati fuerant, venia concessa est.

SCRIBA.

AENIGMATA

Vocula, quæ *primam* dat *partem*, mittere iure

Si quem tu debes, est adhibenda tibi: [quamvis, Urbs prope, quod sequitur, Poenos; aut, parvula Serpens quæ praesens virus in ore tenet.

E genere, o lector, demum viridantium, *utrasque* Si *partes* iungas, indica gemma patet.

De *numeris*, lector, qui nos cantusque sonusque Flectere rite docent, apte *tres* iungere cura: Triticeae *hinc pars* est nobis male grata farinæ.

A. MORCHIO.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus gallice scriptum et miris figuris ornatum, cui titulus:

LA SICILE
NOTES ET SOUVENIRS
par ROGER LAMBELEN.

Aenigma an. II, n. III propositum his respondet:

Cala - Mus - Musca - Mula - Camus - Lamus.
Calamus.

Id rite solutum miserunt:

Aem. Chatelain, Parisiis; P. Iacobus; Fr. Xav. Brühl, Valkenburg in Hollandia; Io. Stroppa, Soresina; Ed. Bianco, A. de Aguiar, Fr. Xav. Reuss, Roma; Ver. Cariolato, Vicentia; Principal Gordon, Manchester in Anglia; Caesar Meucci; Senior, Marisio Langobardorum; A. Morchio, Genua; Iac. Sullivan, Brooklyn in Civit. foederat. Americae sept.; I. Blain, Manitoba in Canada; Ioannes Mediolanensis.

Sortitus est praemium

AGESILAUS DE AGUIAR,
ad quem missum est opus, cui titulus:

FRA ANGELICO DA FIESOLE
SA VIE ET SES TRAVAUX
par ÉTIENNE BEISSEL, traduit de l'allemand par JULES HELBIG.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMÆ - Ex Officina Forzani et Socii.

De Voce
Vox Urbis
Vocis U...
Birota v...
Acreaph...
F. PE...
Vespera...
Varia. In...
I. CUC...
De ...
Templu...
Anthea (...
Summo ...
ZOLETT...
Annales
Acta San...
Epistularu...
Aenigma...

De litteris
De arte i...
De Thon...
Recentiu...
Archaeol...
Alexande...
Anthea (...
In fonte...
Frustula
Annales
Acta San...
Epistularu...
Aenigma...

Julio Ster...
Minuciana...
De Hieron...
Inscription...
De Laure...
SCIOLI.
De arte sa...
H. LAM...
Laurentiu...
Zoologica...
CIMEI.
De infant...
Anthea (E...
Frustula -
Horae sub...
Ad V...
Annales -
Acta San...
Aenigmata...

Iulii Sterb...
LEO XII
De honor...
A. GALI...

COMMENTARII "VOCIS URBIS" INDICES SINGULI

I num. ann. I.

- De *Voce Urbis* - Card. L. M. PAROCCHI.
Vox Urbis - v. u.
Vocis Urbis antesignani - P. C. DE ANGELIS.
Birota velocissima - M. Ricci.
Acraephensis Inscriptio et Oratio Neronis - F. PELLEGRINI.
Vesperae Palatinae - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Varia. *In memoriam Monaldi Leopardi comitis* - I. CUGNONI.
 De Paccio nomine - I.
 De mense octobri, etc. - FORFEX.
Templum Vestae Tibure - I. CASCIOLO.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.
Summo Pontifici Leoni XIII. *Disticha* - A. ANZOSETTI.
Annales - EGNATIUS.
Acta Sanctae Sedis - THOMAS.
Epistularum commercium - A SECRETIS.
Aenigma.

II num. ann. I.

- De litteris graecis et latinis - H. D. V. PIERALICE.
De arte in bonis moribus - H. LAMBIASI.
De Thoma Vallaurio - I.
Recentium librorum - FR.
Archaeologicae res - H. MARUCCHI.
Alexander Bonvicinus - I. CASCIOLO.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.
In fontem 'Aqua Sanctae' - F. X. REUSS.
Frustula - FORFEX.
Annales - EGNATIUS.
Acta Sanctae Sedis - THOMAS.
Epistularum commercium - A SECRETIS.
Aenigma - X.

III num. ann. I.

- Iulio Sterbinio. *Disticha* - LEO XIII.
Minuciana - F. RAMORINO.
De Hieronymo Savonarola - R.
Inscriptiones - S. GROSSUS.
De Laurentii Bernini vita et operibus - I. CASCIOLO.
De arte sacra proposita Augustae Taurinorum - H. LAMBIASI.
Laurentius Perosi - HERCILUS.
Zoologicae res. *De pithecanthropo erecto* - I. TUCIMEI.
De infantilis sugentibus luparum ubera - P.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.
Frustula - FORFEX.
Horae subsicivae - *Rivulus et turtur* - F. X. REUSS.
 Ad Vocem Urbis. Disticha - H. A. STRONG.
Annales - EGNATIUS.
Acta Sanctae Sedis - THOMAS.
Aenigma - X.

IV num. ann. I.

- Iulii Sterbini filii Iosepho Alphonso Nicolao - LEO XIII.
De honoribus recens habitis Ioanni Bosco - A. GALLI.

De Vita sancti Francisci omnium antiquissima - F. RAMORINO.

Operariorum cappellani - D. TAMILIA.
De bello inter Hispanos et Foederatas Americae civitates - MARIUS.
Iris Petri Mascagni opus - HERCILUS.

Ad Puerum Iesum - F. X. REUSS.
Quaenam ad rationes putandas antiquis gentibus via - F. TEDESCHINI.

De Christi Domini praesepe - I. CASCIOLO.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.

De homine et lupo non sua sponte equitantibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.

Horae subsicivae. *Ad Antonium Lupettium* - S. GROSSUS.

Ad Vocem Urbis. Epigramma - E. MANCINI.
Annales - EGNATIUS.

Epistularum commercium - A SECRETIS.

Aenigma - X.

I num. ann. II.

Litterarium certamen et praemia constituta vitoribus - v. u.

Annus M DCCC XC VIII - A. Z.
In mortem Felicis Cavallotti et Elisabeth imperatricis latinae elegiae - F. RAMORINO.

De Adamo Mickiewicz - H. LAMBIASI.
De rebus Italianis inter et Galliam commercio permutandis - MARIUS.

Horae subsicivae. *Reginae Margaritae Sabaudiae Ad Virginem Dei Matrem precatio latinis versibus expressit* J. B. GANDINUS.

In Puerum Iesum - P. ANGELINI.
De Laurentii Perosi opere, cui titulus *Resurrectio Christi* - C. DE ANGELIS.

Paulina Teklhionwake poetria et mulieres ironenses Americae septentrionalis - D. TAMILIA.
Effossiones novae in area Romani Fori prope templum Caesaris - H. MARUCCHI.

Ex Anglia. De disciplina scholastica apud Britannos - H. A. STRONG.

De fine orbis terrarum ac de exitu humani generis - H. DE VECCHI-PIERALICE.

Frustula - FORFEX.

Annales - EGNATIUS.

Acta Sanctae Sedis - THOMAS.

Logographus - X.

II num. ann. II.

De probabili foedere inter Angliam et Americae Septentrionalis civitates - A. ZAMA.

De ethnicorum scriptis in adolescentium institutione retinendis - F. TEDESCHINI.

Minuciana - F. RAMORINO.

Ex Bosphori litoribus - B.

Tenui victu contentus, Ingluviem fuge. *Ad Fabricium Rufum. Epistola* - LEO XIII.

De Moscoviae imperatoris consilio circa pacem - MONTELUCCIUS.

De monumento sepulcro Romuli attributo et in effossionibus Fori Romani nuperrime invento - H. MARUCCHI.

Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.

Antonius Fogazzaro - HERCILUS.

Quaedam de instauranda sacrorum dierum observantia - LAELIUS.

De Laocoontis statua - I. CASCIOLO.
Annales - EGNATIUS.

Acta Sanctae Sedis - THOMAS.
Aenigma - X.

III num. ann. II.

Maiora imperia quae nostra aetate habenda sint - EUCALYPTUS.

De Isaaco Thoma Hecker - C. I.
Franciscus Coppée poeta - D. TAMILIA.

Ex Gallia. De Galliae conditionibus in praesentiarum - SENIOR.

Latinae adnotatiunculae - F. R.

An florum usus fuerit in exsequiis veterum christianorum - I. BONAVENIA.

Gustave Zédé navigium in mare nuper deductum - LAELIUS.

De Iudaica gente in Europa - B. NELLI.

De Judith tabula Petro Aldi auctore - I. CASCIOLO.

In memoriam - C.

Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.

De California eiusque incolis - ALPHA.

De nebulosis inter sidera Orionis et Cete - H. DE VECCHI-PIERALICE.

Bacchanalia romana ut olim celebrata, ut nunc - FRANC. X. REUSS.

Gratus Columbianorum animus in Christum Iesum - N.

Annales - EGNATIUS.

Acta Sanctae Sedis - THOMAS.

Logographus - C. DE ANGELIS.

IV num. ann. II.

De coloniis deque earum utilitate - EUCALYPTUS.

De musica graeca - F. RAMORINO.

De monumento cardinali Lavigerie eretto - LAELIUS.

Leopardiana - JOSEPH.

Ascensus in Alpes - FRANC. X. REUSS.

De lyricis Horatii carminibus - I. LEMETTE.

Gladiator morti proximus - CAIUS.

Nititur in caelum virtus - T. C.

Ex Batavia - M. L. MICROVIR.

De Sancti Ioachimi templo - A. P.

De veneti ducis palatio - H. DE VECCHI-PIERALICE.

In Alexandri Volta honorem - ALPHA.

Tremulus Daemonis sonitus vulgo *Il trillo del diavolo* - HERCILUS.

Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.

In memoriam - C.

Frustula - FORFEX.

Annales - EGNATIUS.

Aenigma - X.

In secunda operculi pagina.

Varia: *Nuptiae tristes* - Regna profunda - Cielopibus digna - Numerorum arcana - Venetiana Buddiae - Horologium praestantissimum - Ioci.

(*Sequitur, V-VI num. ann. II.*)

V num. ann. II.

Leoni XIII Pontifici Maximo - C. DE ANGELIS.
Christophori Columbi ubi cineres - A. GALLI.
Felix Faure - EUCALYPTUS.
Gallorum reipublicae praesides summi - LAELIUS.
Scalae Sanctae - FRANC. X. REUSS.
De populari civitate deque pecuniarum ratione
in ea - B. NELLIS.
Mondragone - TITUS.
Intellectuales qui dicuntur - D. TAMILIA.
Minuciana - Comparatio Tertulliani et Minucii -
F. RAMORINO.
Amphitheatrum Flavium in pristinam formam
restitutum - I. CASCIOLO.
Ex Germania. De commentariis et de duobus
nunc in Germania potioribus - I. K.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.
Antiquus crinium cultus et fucus mulierum grae-
carum - HERCILUS.
De concilio episcoporum Americae latinae Ro-
mam convocato - MARIUS.
In memoriam - C.

De miribili domorum genere in urbe Neo-Ebo-
raco - G. P.
Frustula - FORFEX.
Annales - EGNATIUS.
Aenigmata - X.

In secunda operculi pagina.

Varia: *Novus num index?* - *Columbae et pipiones*
in famulatu medicorum - *Pernicosis aeris medi-
dicina* - *Navigia nosocomiaca* - *Idololatri adhuc*
in Europa!... - *Ioci* - *Anarchia* - *Libri recens*
prohibiti.

Epistolarum commercium - A SECRETIS.

VI num. ann. II.

De mediatione - MONTELUCCIO.
Muliebris birota velocissima (*La bicicletta per le*
signorine) - MAURUS RICCI.
Philosophia Horatiana - I. LEMETTE.
De pueris in crastinum instituendis. *Meditationes*
postumae - I. ANTONELLI.
Latinae adnotatiunculae - F. R.
De fragmentis formae Urbis Romae nuperrime
in lucem proditis - H. MARUCHI.

De veterum abstinentia - P. ANGELINI.
B. Virgo ab Angelo salutata - I. C.
Sapientum inventa - L. M.
Via Appia - I. CASCIOLO.
Napoleon ex opinione vulgi - HERCILUS.
Aviculis parce - E. DE VAISSIERE.
Vita functi viri clariores - C.
Annales - EUCALYPTUS.
Ad Leonem XIII P. M. die VIII. martii a. MDCCCX.
- C. NOCELLA.
Coetus legibus ferendis qui ubique gentium con-
gregantur - SCRIBA.
Frustula. - FORFEX.
Bibliographia.
Epistolarum commercium - A SECRETIS.
Aenigmata - M. FUSCUS.

In secunda operculi pagina.

Per orbem (Quindenorum dierum praecipua) -
VIATOR.
Varia: *An et hoc in praevisis, et praenunciatis?* -
Longaevitatis, et longaevitatis vaticinium - P. d. V.
— *Ioci* - D. MACRAE.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud VOCIS URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios VOCIS URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud VOCIS URBIS Administrationem.

SI QUI PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

IL CANTICO DEL SOLE

DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier viro
rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latinae* cum inter-
pretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem
proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compa-
randam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima
editit cura. Romae apud *Vocis Urbis Administrationem* venit L. 0.50,
in pauperum levamen.

Typis Desclée, Lefebvre & S. nuperrime prodit

Novum MISSALE

in-4 (33 × 23) rubeis limitibus ac duabus imaginibus cromolithographicis exornatum.

EDITIO ROMANA, charactere nigro et rubro absoluta, a S. R. Congregatione approbata, Academiae et
Ephemeridis Liturgicae cura atque studio. — Solutum, Lib. 20; bazana religatum, foliis flavi coloris, cruce
inaurata, Lib. 30; *idem*, foliis quoque inauratis, Lib. 34.

H. GRISAR S. I.

STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

TRADUZIONE DAL TEDESCO

Parte I: ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Tria volumina, in-8 magno, Lib. 20.

Quatuor volumina, Lib. 30. — Editum est tantum primum volumen. Altera edentur mense aprilii. — Quatuor volumina, Lib. 30.

ANALECTA ROMANA

DISSERTAZIONI, TESTI, MONUMENTI D'ARTE

RIGUARDANTI PRINCIPALMENTE LA

STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

Vol. unicum, in-8 magno, Lib. 15.